

Anioł Pański po łacinie

P. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.

W. Et concepit de Spiritu Sancto.

Ave Maria, gratia plena, Dominus Tecum, benedicta Tu in mulieribus et benedictus fructus ventris Tui, Jesus. Sancta Maria, Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

P. Ecce Ancilla Domini.

W. Fiat mihi secundum Verbum tuum.

Ave Maria, gratia plena, Dominus Tecum, benedicta Tu in mulieribus et benedictus fructus ventris Tui, Jesus. Sancta Maria, Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

P. Et Verbum caro factum est.

W. Et habitavit in nobis.

Ave Maria, gratia plena, Dominus Tecum, benedicta Tu in mulieribus et benedictus fructus ventris Tui, Jesus. Sancta Maria, Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

P. Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix.

W. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus:

Gratiam tuam quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde; ut qui, angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per passionem eius et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

Amen